

## De notione mutata pronominum $\xi$ , $\sigma\varphi\xi$ , $\sigma\varphi\acute{\imath}\nu$ cet.

Initio hujus anni, quum collega, qui dissertationem programmati adjungendam susceperebat, de schola nostra, praeter opinionem decederet, id munus mihi obtigit, qui nonnulla schedulis mandata haberem, quae brevi perfici atque elaborari posse sperarem. Sed non modo tempus me defecit, sed etiam defuerunt opera quaedam virorum doctorum, a quibus de eodem argumento disputatum est, ita ut spem materiae accuratius tractandae abjici necesse fuerit. Satis mihi habendum est nonnullos locos collegisse, qui passim et in commentariis et in lexicis reperiuntur, quibus additi sunt, in quos ipse incidi.

Sunt quaedam pronomina Graeca et personalia et possessiva, quae quum a veteribus tum a recentioribus auctoribus ita usurpantur, ut propria eorum notio mutata sit; formae, quae ad plures spectant, saepe singularis numeri fiunt, quae unius sunt, significant multitudinem, quae tertiae personae inserviunt, ad primam et secundam transferuntur. Jam persequamur singula.

### §. 1.

Accus. sing.  $\xi$ .

Pronomen  $\xi$ , quod vulgo singularis numeri est, semel pluralem notionem induit:

hymn. in Ven. (III), 268, ubi de arboribus sacris dicitur:

$\varepsilon\sigma\tau\tilde{\alpha}\sigma' \eta\lambda\beta\alpha\tau\omega' \tau\varepsilon\mu\acute{e}n\eta \delta\acute{e} \acute{e} \kappa\iota\kappa\lambda\gamma\sigma\kappa\omega\sigma\iota\pi'$   
 $\grave{\alpha}\theta\alpha\pi\acute{a}\tau\omega\pi\cdot$

Exspectamus hoc loco pluralem  $\sigma\varphi\xi$ , quod vocabulum poeta usurpare non potuit, quum syllabam  $\delta\acute{e}$  producere non liceret. Quum hoc unum exemplum exstet, nihil aliud nisi causa investiganda est, qui factum sit, ut singularis  $\xi$  pro plurali adhibetur, qua de re infra § 2 disputabitur. Genitivus  $o\breve{\nu}$  et dativus  $o\breve{l}$  nusquam sic reperiuntur.

### §. 2.

Accus. plur.  $\sigma\varphi\xi$ .

$\sigma\varphi\xi$  est forma accusativi pluralis et masculini et feminini generis, qua poetae epici et tragici utuntur; semper enclitica est.



Apud Homerum semel plurimum est:

Il. τ, 265, Agamemno Briseida intactam reddi jurejurando confirmat et sic pergit:  
 εἰ δέ τι τῶνδε ἐπίορκον, ἐμοὶ θεοὶ ἀλγεα δοῖεν  
 πολλὰ μάλ, ὅσσα διδοῦσιν, ὅτις σφ' ἀλιτηται ὁμόσσας,  
 ubi σφ' accusativum esse, non dativum pro σφί inde comprobatur, quod ἀλιτέσθαι semper transitivum est.

Omnibus aliis locis ad duas personas refertur ab Homero, cuius usus haec exempla reperiuntur:

Il. λ, 111: γιγνώσκων καὶ γάρ σφε πάρος παρὰ νησὶ θοῆσιν εἶδεν,  
 nempe Agamemno, qui Isum et Antiphum, Priami filios, interfecit armisque exuit. In sequenti similitudine, ubi Agamemno comparatur cum leone, qui catulos cervi raptos dilaniat, legimus v. 115: ἀπαλόν τέ σφ' ἡτοι ἀπηγόρε, sc. νήπια τένα ἐλάφοιο ταχεῖς: hoc loco σφέ dualem esse appetet, quum comparatio parem numerum poscat.

Od. Θ, 271 de Marte atque Venere:

"Ηλιος, ὃ σφ' ἐνόησε μιγαζομένους φιλότητι,  
 qui locus nonnihil offensionis habet, quum nusquam alibi apud Homerum legatur forma ἡλιος (semper ἡλιος) et verbum μιγάξεσθαι pro μιγνύσθαι positum sit.

Od. φ, 192: φθεγξάμενός σφ' ἐπέεσσι προσηγύδα μειλιχίουσιν  
 sc. βουκόλον ἥδε συφορβόν, ubi paulo ante dualem τώ initio positum sequuntur plurales βῆσσαν ὁμαρτήσαντες — μετὰ τοὺς — ἔσαν.

ibid. 206: ἔξαντις σφ' ἐπέεσσιν ἀμειβόμενος προσέειπεν,  
 de iisdem pastoribus, praecedente plurali τῶνγε.

Addendus est locus in Hesiodi scuto v. 62, qui de Marte ejusque filio Cyceno, currumentibus, loquitur: κόνις δέ σφ' ἀμφιδεδήει, ubi paulo ante leguntur participia λαμπομένους et ἔσταότι.

Quaeritur, num recte judicent, qui ex his locis colligunt, σφέ proprie dualem esse et sic fere ab Homero atque Hesiodo adhibitum esse, postero autem tempore notionem pluralis assumisse. Putant iidem, σφέ contractam formam esse pro σφωέ, mea quidem sententia falso, quum non videam, qui talis contractio fieri possit; σφωέ nullo alio modo contrahi potest nisi in σφώ, quam formam ab Antimacho usurpatam esse Apollonius tradidit. Evidem existimavemus σφέ antiquitus pluralem fuisse, ortum ex accusativo σφέας, id quod eo probabilius videtur, quod non solum accusativi singularis ἐμέ, σέ, ἐ in vocalem ε cadunt, sed etiam pro ἡμᾶς reperiuntur ἄμε, ἄμε, ἄμε, ἄμε, pro ὑμᾶς ὑμε in Antigone Soph. 846. Pluralem σφέ in locum dualis substitutum esse, minime mirandum est, quum saepissime cum duali formae plurales conjugantur, ut ipsa exempla docent.

Quod vero Homerus hoc pronomen semel tantummodo ad plures, saepius ad duas personas refert, inde mihi profectum videtur, quod uno loco versus accusativum σφέας sive σφάς non admisit, dualis vero σφωέ saepius necessitate metri repudiatur.

Jam transeamus ad usum pluralis σφές pro singulari αὐτόν sive νήν, qui apud tragicos recentiorisque aetatis poetas frequentissimus est.

Aesch. Prom. 9 (Cratos de Prometheus vinciendo loquitur):

τοιᾶσδε τοι  
ἀμαρτίας σφε δεῖ θεοῖς δοῦναι δίκην.

A. Sept. 615: δοκῶ μὲν οὖν σφε μηδὲ προσβαλεῖν πύλας

ibid. 617: ἀλλ' οἴδεν ὡς σφε χοὴ τελευτῆσαι μάχῃ,

ubi de clarissimo vate, Amphiarao, sermo est. His tribus locis lex euphoniae valuisse videtur, ex qua poeta, quod melius sonat, praeferit; οὖν νήν μηδὲ et ὡς νήν χοὴ consonantibus cumulatis male sonaret.

Aliter res se habet sequentibus locis:

A. Pers. 198: πίπτει δέμος παῖς, καὶ πατήρ παρίσταται  
Δαρεῖος οἰζτείρων σφε. τὸν δ' — , de filio Atossa.

(Non est, cur Dindorfium sequentes pronomen acuamus, quum enclitica sit.)

Soph. Oed. R. 761,\*) ubi Jocaste loquitur de famulo, qui, quum Oedipus regni potiretur, supplicavit, ut rus mitteretur:

ἔξικέτευσε  
ἀγρούς σφε πέμψαι κάπι ποιμνίων νομάς,

ubi v. 763 sequitur: κάπεμψ' ἐγώ νήν. ἄξιος —

S. Trachin. 121, ubi chorus de Hercule: ἀλλά τις θεῶν  
αἱὲν ἀπλάκητον Ἀΐδα σφε δόμων ἐρύκει.

ibid. 166: de eodem Dejanira:

τότ' ἦ θανεῖν χρείη σφε τῷδε τῷ χρόνῳ.

ibid. 806 (Hyllus narrat): ἐν μέσῳ σκάφει  
θέντες σφε, πρὸς γῆν τήνδ' ἐκέλσαμεν μόλις, nempe Herculem furentem.

ibid. 833 (chorus): εἰ γάρ σφε Κενταύρου φονία νεφέλῃ  
χρεῖται δολοποιὸς ἀνάγκα, sc. Ἡρακλέα.

Consideranti locos citatos facile apparebit, quamobrem poetae pronomine νήν uti non potuerint; ubique syllaba brevis poscit, quum σφε in secundo aut quarto pede trimetri et in chori carminibus ita positum sit, ut accusativus νήν syllabam productam redderet.

Exstant alia exempla, ubi formae singulari νήν locus non erat propter elisionem.

A. Sept. 469: βοῶ δὲ χοῦτος (sc. ἀνὴρ ὁπλίτης)  
ὡς οὐδ' ἀν "Ἄρης σφ' ἐκβάλοι πυργωμάτων.

A. Eum. 234: δεινὴ γὰρ ἐν βρότοισι καν θεοῖς πέλει  
τοῦ προστροπαλού μηνις, ἦν προδώ σφ' ἐπών.

\*) versus Aeschylei citantur secundum editionem Dindorffii, Sophoclei e Brunckiana.

Soph. Aj. 51: Minerva de Ajace:

*ἐγώ σφ' ἀπειργω* (initio versus).

S. Trachin. 234, ubi Dejanirae interroganti, vivumne Herculem receptura sit,

Lichas respondet: *Ἐγωγέ τοι σφ' ἔλευπον ισχύοντά τε.*

Etiam vice feminini αὐτήν fungitur σφέ, quod ostendunt hi loci:

Aes. Eumen. 610 (Orestes de matre imperfecta):

*ἔξηγοῦ δὲ μοι*

*"Ἀπολλον, εἰς σφε σὺν δίκῃ κατέκτανον, ubi νὺν σὺν male sonaret.*

S. Trach. 463, ubi Dejanira de Jole, ab Hercule adamata, loquitur:

*ἥδε τ', οὐδ' ἀν εἰ*

*κάρτ' ἐντακείη τῷ φιλεῖν, ἐπει σφ' ἐγώ*

*φῆταιρα δὴ μάλιστα προσβλέψασ· —*

ibid. 880, de mortua Dejanira:

*τάλαιν' ὀλεθρία, τίνι τρόπῳ θανεῖν σφε φήσ;*

ibid. 914: *ἐπεὶ δὲ τῶνδ' Ἐληξεν, ἐξαίφνης σφ' ὁρῶ* (sc. Αγάνειραν)  
*τὸν Ἡράκλειον θάλαμον εἰσοδιωμένην.*

ibid. 1135 (Hercules uxorem amissam deplorat):

*οὐ μου ποιν, ως χρῆν, σφ' ἐξ ἐμῆς θανεῖν χερός;*

Simile exemplum exstat in Euripidis Medea v. 1293:

*δεῖ γάρ νιν ἦτοι γῆς σφε κρυφθῆναι κάτω (nempe Μήδειαν).*

Illud quoque Sophocleum addere licet in Philoct. 200, ubi de Troja usurpatur:

*ποιν ὅδ' ἐξήζοι χρόνος, φέ λέγεται*

*χρῆναι σφ' ὑπὸ τῶνδε δαμῆναι,*

quo loco syllabae *vai* producendae causa duae consonantes opus erant.

Apud Herodotum tribus locis legebatur σφέ; sed a Bekkero receptum est III, 53 σφέα, VII, 170 σφέας, III, 52 Lhardy posuit σφέα, qua forma generis neutri Herodotus saepe utitur.

Restat, ut disputemus, qui fieri potuerit, ut σφέ pro singulari et ἐ pro plurali usurpent auctores, quum inde ab antiquissimis temporibus sua cuique formae notio inesse videatur. Comparemus pronomina latina: sui, sibi, se et nostrum „sīdī“, quae utriusque numeri sunt. Gracci, uno vocabulo non contenti, quippe qui linguam copia verborum excoherent, duo fixerunt, quae confundere eo facilius licebat, quod ex eadem radice derivanda sunt. E forma primitiva „sīdī“ singularis ἐ ortus est, consonanti v, quam digamma nominare solebant, excussa et s in spiritum asperum mutata, ut saepissime fit; item σφέ natum est ex illa forma, aspero sono in mitiorem φ abeunte. Etiam pronomen reflexivum ἐαυτοῦ documento est, syllabam ἐ pronomen tertiae personae promiscue significasse, quum formae ἐαυτῶν, ἐαυτοῖς etc. mixtae sint ex singulari et plurali.

## §. 3.

Dat. plur. *σφίν*.

Pluralis *σφίν* nonnunquam ad duas personas refertur:

Ody. δ, 65, ubi Menelaus Telemachum et Pisistratum, Nestoris filium, hospitio excipit: ὡς φάτο, καὶ σφιν νῦτα βοὸς παρὰ πίστα θῆκεν.

Il. λ, 116: ή δ' εἶπερ τε τύχησι μάλα σχεδὸν, οὐδὲναται σφιν  
χραισμέν, sc. duos catulos, de quibus v. supra §. 2.

Pro *οἴ*, dativo singularis, raro invenitur; Buttmann in lexilogo I, 17, 14 quatuor tantum exempla protulit, quae certa haberet; videamus, num recte judicaverit.

Hymn. Hom. εἰς Πᾶνα (18), v. 19:

σὺν δὲ σφιν τότε Νύμφαι ὀρεστιάδες, λιγύμολποι  
μέλπονται.

Non dubium est, quin pronomen *σφίν* ad Pana referendum sit; versus hanc formam postulat; dativus *οἴ*, etiamsi cum digammate pronuntiaretur, antecedentem syllabam non produceret.

Hymn. Hom. εἰς τὴν μητέρα πάντων (30), v. 9:

βοήθει μέν σφιν ἄρουρα φερέσβιος, sc. τῷ ὅλῳ.

Hoc loco non liquet, cur poeta pluraformam sumserit, quum versus singularem sinat; *οἴ* ante vocalem corripi satis constat, et syllaba μέν sequente *οἴ* produci potuit, quum v consonans et digamma positionem efficiant, cuius rei unum exemplum proferre satis sit: in hymno εἰς Ἀπόλλωνα v. 46 legimus: εἰ τίς οἱ γαιῶν νῖει θέλοι οἰκλα θέσθαι. At pluralis aliter intelligendus est, ni fallor: ὁ ὅλος non unus homo est, sed multi sunt participes beneficiorum Magnae Matris; collectivam igitur vim habet, unde fit, ut poeta pluri utatur. Transit inde a versu undecimo ad multitudinem: αὐτοὶ κοιρανέουσιν.

Jam locum in Aeschyli Persis (v. 759) examinemus:

τοιγάρ σφιν ἔργον ἐστίν ἔξειργασμένον,

ubi de expeditione, quam Xerxes contra Graeciam fecit, sermo est. Pronomen *σφίν* a Buttmanno aliisque interpretibus ad Xerxem ipsum refertur, reetius vero scholiastae, quorum alter: τοιγάρ σφιν] τοιγαροῦν σφιν καὶ αὐτοῖς τοῖς τῷ Ξέρξῃ συμβονήνσασι ταῦτα καὶ προτεῖψασι κτλ., alter: σφιν] τούτοις τοῖς συμβούλοις. Pertinet igitur ad expeditionis auctores, homines pravos, de quibus paulo ante Atossa loquitur: ταῦτά τοι κακοῖς ὄμιλῶν ἀνδράσιν διδάσκεται θούριος Ξέρξης, — τοιάδ' ἔξ ἀνδρῶν ὀνείδη πολλάκις κλύων κακῶν τὴνδ' ἐβούλευσεν κέλευθον καὶ στράτευμ' ἐφ' Ελλάδα.

Quartus locus est apud Sophoclem in Oed. Col. 1490, ubi Oedipus filiae vel choro quaerenti, quod arcanum Theseo credere velit, respondet:

ἀνδ' ᾧν ἔπασχον εὖ, τελεσφόρον γάριν  
δοῦναι σφιν, ἥνπερ τυγχάνων ὑπεσχόμην.

Perverse annotat alter scholiastes: δοῦναι σφιν] ἀντὶ τοῦ αὐτῷ. κατὶ τιμὴν δὲ πληθυντικῶς; pluralis, quem majestatis esse grammatici volunt, Graeca lingua alienissimus est.

Alter scholiastes recte: ἡ σφίν ἀντὶ τῆς οἵ ἀντωνυμίας πεῖται. ἔδει γὰρ εἰπεῖν, τελεσφόρον δοῦναι οἱ χάριν, quod versus non sinit, quum vocabulum οἱ positionem non efficeret. Illorum quoque interpretatio inepta est, qui σφίν ad Theseum et cives Atticos referunt, quum chorus Atticorum civium sit: pronomen secundae personae ὑμῖν scribendum fuisset. Accedit, quod Oedipus Theseum solum exspectat, interrogans: ἦρ' ἐγγὺς ὥντος;

Vidimus duo exempla aliter explicari posse; duo vero comprobant, σφίν pro οἱ usurpari. Mirandum est, accusativum σφέ saepissime unius esse, dativum σφίν raro; similitudo formarum εἰ and σφέ hunc usum effecisse videtur, contra ea σφίν et οἱ valde inter se discrepant, quae causa eo verisimilior est, quod semper σφίν, nusquam σφί pro singulari adhibitum est secundum analogiam dativi ἐμίν, τίν.

Lycophronis versum, quem Stephanus attulit, examinare non potui, quum liber non praesto esset.

Exstant duo loci, qui in numerum illorum referri solebant, ubi σφίν pro οἱ positum esset, qui vero aliam interpretationem admittunt:

Od. o, 524: ἀλλὰ τάγε Ζεὺς οἴδεν Ὄλύμπιος, αἰθέρι νατον,

εἰ κε' σφι πρὸ γάμοιο τελευτήσει κακὸν ἥμαρ,

ubi Telemachus paulo ante de Eurymacho loquitur, qui Penelopen in matrimonium ducere cogitat, tum vero ira commotus optat, ut Jupiter omnes procos poena afficiat.

Alter est in Hes. scuto 113: ἀλλά μιν οἴω

φεύξεσθαι δύο παιδας ἀμύμονος Ἀλκείδαο,

οὐ δὴ σφι σχεδὸν εἴσι

(ubi εἴσι pro ἵσι ex schemate Boeotico); pronomen σφί ad Martem atque Cycnum referendum est.

#### §. 4.

Dat. plur. σφίσιν.

Apud Homerum semel legitur, ubi secundae personae est:

Il. z, 398: ἡ ἥδη χείρεσσιν ὑφ' ἡμετέρους δαμέντες

φύξιν βούλεντες μετὰ σφίσιν (= μεθ' ὑμῖν),

quos versus jam Aristarchus obelo notavit, quod insolitus pronominis usus eum offendebat et totus locus repetitus videbatur e versibus 308 — 312; at illi versus in oratione Dolonis deesse non possunt neque offendit usus pronominis, etiamsi ἄπαξ εἰρημένον sit, quum e verbo cognosci possit, quo pertineat.

Similiter Herodotus I. V, 92, 1 in oratione Sosiclis Corinthii, quam apud Lacedaemonios habuit, dicit: εἰ γὰρ δὴ τοῦτό γε δοκέει ὑμῖν εἶναι χρηστὸν —, αὐτοὶ πρῶτοι τύραννον καταστησάμενοι παρὰ σφίσι αὐτοῖσι, οὕτω καὶ — δίζησθε κατιστάνατο: hoc loco σφίσι αὐτοῖσι ut alias ἔαντος ita usurpatum est, ut solam reflexivam notionem habeat et persona ex subjecto cognoscatur.

De prima persona Apoll. Rhod. in Argonauticis adhibet, II, 1280: ὁδη δ' ἡμιν ἐνὶ σφίσι μητιάσσθαι; sic Ancaeus, postquam in Colchidem venerunt.

## §. 5.

Pron. poss. σφέτερος.

Pronomen σφέτερος est tertiae personae pluralis, pro quo in pedestri oratione plerumque αὐτῶν aut αὐτῶν usurpatur: habet igitur et reflexivam et transitivam notionem. Inest vero vulgo τοῦ ἰδίου notio, id quod exemplis quibusdam allatis facile apparebit:

Od. a, 7: αὐτῶν γὰρ σφετέρησιν ἀτασθαλῆσιν ὅλοντο. cf. II, δ, 409.

Il. ο, 287: φρόνεον δὲ μάλιστα

ἄστυ πότι σφέτερον ἐρύειν καὶ κῦδος ἀρέσθαι.

Praeterea pronomen reflexivum cuiusque personae est:

a = ἔός haud raro reperitur

Hes. sc. 90: ὃς προλιπὼν σφέτερόν τε δόμον σφετέρους τε τοκῆας  
ῳχετο.

Pind. Olymp. IX, 78 (ed. Dissen.): ἐξ οὗ Θέτιος γόνος νιν παραγορεῖτο  
μή ποτε σφετέρας ἄτερθε ταξιοῦδιται  
δαμασιμβρότον αἰχμᾶς:

Achilles a Patroclo petiit, ne sine ipsis hasta unquam pugnaret, ubi poeta respicit Homericum illud: Il. π, 89: μὴ σύγ' ἄνευθεν ἐμεῖο λιλαίεσθαι πολεμίζειν Τρωσὸν φιλοπτολέμοισιν.

ibid. XII, 61: τοῖσι μὲν

ἔξεύχετ' ἐν ἄστει Πειρανας σφετέρου πατρὸς ἀρχάν,

Glaucus Lycius apud Danaos gloriatur, se ayo Bellerophonte ortum esse, qui regnaverat in urbe Pirenes, i. e. Corinthi.

Pind. Pyth. IV, 83: ——— τάχα δ' εὐθὺς ἵων σφετέρας  
ἐστάθη γνώμας ἀταρβάτοιο πειρώμενος,

de Jasone, qui in foro Jolcio constituit, ut regnum sibi repeteret, mox recta via procedens animi sui intrepidi periculum faciens.

Pind. Isthm. V, 33: σφετέρας δ' οὐ φείσατο  
χερσὸν βαρυφθόγγοιο νευρᾶς  
Ἡρακλέης.

id. Isthm. VII, 57: οἴς δῶμα Φερσεφόνας μανύων  
Ἄχιλεύς, οὐδος Αἰανιδᾶν,  
Ἀλγιναν σφετέραν τε ὥξαν πρόφανεν,

i. e. quos occidens Achilles Aeginam suamque stirpem illustravit?

Aesch. Ag. 760: τὸ δυσσεβές γὰρ ἔργον  
μετὰ μὲν πλείονα τίκτει, σφετέρᾳ δ' εἰκότα γέννα.

id. Pers. 900: καὶ τὰς εὐπτεάνους πολινάνδρους  
Ἐλλάνων ἐκράτυνε σφετέραις φρεσίν.

Multo saepius non solum apud poetas posterioris aetatis, sed etiam in pedestri oratione, quod paucis exemplis ostendere sufficiat:

Theocr. 12, 4: ὅσσον ὅς σφετέρης λασιωτέρη ἀρνός.

ib. 17, 41: ὁδὲ κε παισὶ

Θαρσήσας σφετέροισιν ἐπιτρέποι οἶκον ἄπαντα.

ib. 22, 209: μέλλε κασιγνήτοι βαλεῖν σφετέροι φονῆς.

Apoll. Rh. I, 167: παῖδα δέδον σφετέροισι κασιγνήτοισιν ὅπασσεν.

Polyb. V, 2, 4: (ὁ βασιλεὺς) ἥθροιξε τάς τε τῶν Ἀχαιῶν νῆας καὶ τάς σφετέρας.

b = ὑμέτερος

Hes. op. 2: δεῦτε δὴ ἐννέπετε σφέτερον πατέρ' ὑμνείονδας (sc. Μοῦσα).

Ap. Rh. 4, 1325: δὴ φα τότε σφετέρη ἀπὸ μητέροι τίνετ' ἀμοιβήν.

c = σός

Theocr. 22, 67: πὺξ διατεινάμενος σφετέρης μὴ φείδεο τέχνης.

d = ἡμέτερος

Polyb. XI, 5, 3: οὐδεὶς διελείπομεν ὑπὲρ τούτων ποιούμενοι πρὸς ὑμᾶς μνήμην, — — — καὶ περὶ τῶν σφετέρων πατρόδων καὶ περὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων προνοούμενοι.

ibid. 31, 6: ἀλλὰ καὶ Καρχηδονίους καὶ Κελτίβηρας ταῖς Ῥωματῶν ἀρεταῖς καὶ τῇ σφετέρᾳ γενναιότητι νευκήναμεν.

Apoll. Rh. III, 186: μὴ δ' αὕτως ἀλκῆ, πρὸν ἐπεσσοί γε πειρηθῆναι τόνδε ἀπαμείδωμεν σφέτερον κτέρας. —

e = ἔμος

Theocr. 25, 163: ὡςεὶ περ σφετέρησιν ἐνὶ φρεσὶ βάλλομαι ἄρτι.

Ap. Rh. 4, 1351: μητέροι δὲ σφετέρη μενοεικέα τῖσαι ἀμοιβήν.

Jam locum in Xenophontis Cyrop. perspiciamus, quem hoc referre solent: I. VI, 1, § 10: καὶ γὰρ ἐβοήθουν πολλάκις, τῶν ἡμετέρων ἀρομένων, καὶ περὶ τῶν σφετέρων φρονοῖσιν, ὡς ἐπιβουλευσομένων, πολλάκις πρόγματα εἰχον, quae verba Artabazus coram Cyaxare loquitur. Hic σφέτερος notionem τοῦ ἰδίου induit persona non respecta; τὰ σφέτερα φρονύσια opponuntur τοῖς ἐκείνων, quae postea commemorantur. Docet hoc exemplum vocabulum σφέτερος significationem personae prorsus exuisse, unde perspicuum est, quomodo promiscue usurpari potuerit. Notandum est, in novo testamento hoc pronomen nusquam reperiiri, semper eodem sensu ἰδιος adhiberi.

### § 6.

Pron. poss. σφός.

Pronomen σφός, quae brevior forma est pro vulgari σφέτερος sicut ἡμός pro ἡμέτερος, ὑμός pro ὑμέτερος, plerumque idem significat ac σφέτερος, e. g. II. π, 18: ὡς ὀλέζονται | νηυσὶν ἐπὶ γλαφυρῷσιν ὑπερβασίης ἐνεκα σφῆς. — Od. α, 34: οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ | σφῆσιν ἀτασθαλίησιν ὑπὲρ μόρον ἄλγε' ἔχοντιν. Pind. Pyth. 5, 95: ἀκούοντί τοι χθονίᾳ φρενὶ σφὸν ὄλβον. Nonnūquam singularis est, cuius usus haec reperiuntur exempla:

Hes. Theog. 378: ἥλθε δ' ἄρα πρώτη Στυξ ἀφθιτος —  
σὺν σφοῖσιν παιδεσσι φίλον διὰ μήδεα πατρός,  
ubi oīσιν positionem non effecisset ad producendam syllabam σύν.

Theognis 712: ἀλλ' ἄρα κάκεῖθεν πάλιν ἥλυθε Σέσυφος ἥρως —  
σφῆσι πολυνφροσύναις.

Alemanem eadem significatione hoc pronomen usurpasse testatur Apollonius de pron.

### § 7.

Pron. poss. σφωῖτερος.

σφωῖτερος, quod derivandum est de duali σφῶι, proprie est pronomen possessivum secundae personae numeri dualis; sic legimus

in Il. α, 216: τὴν δ' ἅπακειβόμενος προσέφη — Ἀχιλλεὺς·

χρὴ μὲν σφωῖτερόν γε, θεὰ, ἔπος εἰρύσσασθαι,

ubi animadvertisendum est, Minervam a Junone missam esse, quod utraque Achilli timet:  
σφωῖτερον ἔπος igitur est dictum utriusque vestrum.

Pro σός utitur hoc pronomine Ap. Rh.

III, 395: εἴτ' — — λιλαέαι, εἴτε τιν' ἄλλον  
δῆμον σφωῖτεροισιν ὑπὸ σκήπτροισι δαμάσσαι.

Idem in tertiam personam transtulit, ita ut cum σφέτερος congruat, cuius usus permulta exempla exstant:

I, 643: σκήπτρον ἐπέτρεπον Ἐρμείαο,  
σφωῖτέροιο τοκῆος —,

ubi singularis est et notione transitiva.

II, 467: αἴψα δὲ τόνγε  
σφωῖτέρων ὁτιν ἔξοχος, εἰς ἐ κομίσσαι  
ἥκεν ἐποτρύνας.

Sic quoque Theocritus 25, 55:

ἄδε γάρ Αὐγείης φίλος Ἡελοῖο  
σφωῖτέρῳ σὺν παιδὶ, βίῃ Φυλῆος ἀγανοῦ.